

ratus est, quam habuit pro sua, ideò in illa sedisso dicitur, et cum illo senes, qui illius delectabantur consuetudine, aut quia cum illo de communi re deliberabant. Est sanè in rebus angustis virorum sanctorum ad defendendos animos mœreore contractos potentissimus sermo, qui aut docet quid lateat commodi in eo quod videtur humanis rationibus esse contrarium, aut promittit brevem et expeditum exitum ab eo quod illi aut perpetuum aut diuturnum futurum esse crediderant.

PRÆMISIT ITAQUE VIRUM. Cur rex hominem præmiserit ad Eliseum, non docet Scriptura: illud videtur certum, eo misisse consilio, ut commodius posset, quod ante minatus fuerat, amputare caput prophetae. Id enim valet quod statim additur: *Nunquid scitis quòd miserit filius homicidæ hic ut præcidatur caput meum?* Eò fortassè spectabat illa viri præmissio, ut doceret regem ubinam esset, an solus, et quid rerum ageret Eliseus, ut ipse statim subsensurus, facilius quod optabat perficeret. Quod videbat propheta, et ideò obserari ostium iussit, ne rex, qui nuntii sequebatur vestigia, in domum interiorè irrumperet. Aut certè missus est, ut prophetam occideret, quod cum sciret Eliseus, iussit portam occludi tantisper, ut opinatur Abulens. q. 38, dùm dominus illius adveniret, qui aderat à tergo jam alienus à priori sententiâ, quam dùm paululùm à furorè respirasset, mutaverat. Quasi dicat: Si nuntium tantisper foris excludatis, nihil erit timendum, neque ab armato nuntio, neque ab irato rege. Nam rex qui illum proximum assequitur, jam mutabit animum, et ferrum extorquebit de nuntii manibus, cui id ante negotii dederat, ut caput meum præcideret. Quare perbrevis mora caput meum ab hostili ferro vindicabit.

VERS. 33. — ADHUC ILLO LOQUENTE, EIS AP- PARUIT NUNTIES, QUI VENEBAT AD EUM, ET AIT. Obscurum est quisnam hic fuerit, qui locutus esse dicitur, nuntiusne, an rex, qui antegressum assecutabatur nuntium. Josephus regem esse putat, qui simul cum nuntio, aut eo fortassè prior ingressus est; qui cum animum exigua illa temporis morâ jam mutasset, compresso furorè, à quo priùs rapiebatur ad prophetæ eadem, verba locutus est, et sana magis, et minòs quam antea minacia: idem etiam putat Theodoretus q. 32, et mihi est penè certum, quia non priùs ingressus est nuntius quam rex. Neque enim objectis portarum claustris intrare nuntius potuit, et rex qui eodem penè temporis momento adfuit, ut nuntium

retardaret à cæde, prohiberi neque debuit, neque potuit. Sed præsentè rege ipsius nuntium loqui neque urbanitas, neque observantia patiebatur. Hæc sententia placuit Abulensi q. 39; Lyrae, Dionysio, Cajetano, Vatablo, qui omnes dicunt adductum penitentiam regem revocare voluisse spiculatorem ab Elisei cæde. *Filius homicidæ.* Filius erat Joram Achab et Jezabelis. Uterque homicida fuit, Achab quidem, quia occidit Naboth, et conscius fuit, aut etiam adjutor illorum prophetarum cædis, quos interfecit Jezabel, de quâ lib. 3, c. 18; Jezabel autem, quia et ipsa Naboth interfecit et prophetas, et nihil fecit reliqui, quo Ellam Elisei magistrum interimeret. Quare verè ab Eliseo vocatus est Joram homicidæ filius.

ECCE TANTUM MALUM EST A DOMINO: QUID AMPLIUS EXPECTABO? Exposuit, opinor, Joram illarum feminarum controversiam, quæ proximè ad se delata fuerat. Quo nihil videbatur ex cogitari posse miserabilis, quàm eò, premente fame, adactas esse matres, ut filios laceratos et coctos in sua rursum viscera reconderent. Ait ergo rex in eo esse statu rem Samaritanam, ut nihil esse videatur, quò fames, aut calamitas procedere possit ulterius. Aut certè nihil esse expectandum gravius, ut jam tandem oret ad Deum, ut respiciat populum tam durè vexatum, et rebus jam omninò cadentibus desperatisque subveniat. Et hæc posterior explicatio mihi probabilior.

Quærit Abulensis q. 42, quare non antea, cum tot urgerent mala, pro populo non orârît propheta; et docet ideò omissum esse præcautionis officium, quia Deus jam antea dixerat, nihil impetraturas preces pro gente usque adeò sceleratâ profusas; sicut Ezechiel, c. 14, et Jeremiae c. 15, dixit, si in peccatore populo essent viri quidam sanctissimi, Moyses, Samuel, Noe, Daniel, Job, nihil tamen effecturos esse, cum contra ad cælum usque peccatorum scelerâ clamarent. Jam forsân audierat id, quod Jeremiae c. 7, v. 16: *Tu ergo noli orare pro populo hoc, neque assumes pro eis laudem et orationem; et non obsistas mihi, quia non exaudiam. Nomen vides quod isti faciunt?* Et fortè jam Eliseus sæpiùs oraverat, nihil tamen obtinuerat, quia nondum advenerat orationis maturitas; sicut oravit sæpè pro Saddle Samuel, et pro commissio sibi populo Moyses, neque tamen illi semper auditi sunt.

Mihi illud etiam videbatur non alienum à propheticò zelo, noluisse Eliseum orare ad illud usque tempus pro populo, quantumvis

illum urgeret angustè Syrorum obsidio, quia illam vexationem opportunam esse noverat, ut caecos aperiret oculos, et intellectum daret insipientibus. Sanè qui supra c. 2 pueris maledixit, qui statim ab ursis lacerati sunt, quia id spirituali tam ipsorum quam parentum salutì expedire censebat, idem cum fame et ferro domari posse existimaret gentem cervicis duræ, et ad sanam mentem et officium adduci, non tam hebetare voluit orando, quàm acere tribulationem aculeis. Neque eam ob rem judicari debuit inhumanus et durus,

CAPUT VII.

1. Dixit autem Eliseus: Audite verbum Domini: Hæc dicit Dominus: In tempore hoc cras modius similæ uno statere erit, et duo modii hordei statere uno, in portâ Samarie.

2. Respondens unus de ducibus, super ejus manum rex incubebat, homini Dei, ait: Si Dominus fecerit etiam calarætas in cælo, numquid poterit esse quod loqueris? Qui ait: Videbis oculos tuis, et inde non comedes.

3. Quatuor ergo viri erant leprosi juxta introitum portæ; qui dixerunt ad invicem: Quid hic esse volumus donec moriamur?

4. Sive ingredi voluerimus civitatem, fame moriemur; sive manserimus hic, moriendum nobis est: venite ergo, et transfugiamus ad castra Syriæ; si pepererit nobis, vivemus; si autem occidere voluerit, nihilominus moriemur.

5. Surrexerunt ergo vesperi ut venirent ad castra Syriæ. Cùmque venissent ad principium castrorum Syriæ, nullum ibidem repererunt.

6. Siquidem Dominus sonitum audiri fecerat in castris Syriæ currum et equorum, et exercitûs plurimi; dixeruntque ad invicem: Ecce mercede conduxit adversum nos rex Israel reges Hethæorum et Ægyptiorum, et venerunt super nos:

7. Surrexerunt ergo, et fugerunt in tenebris; et dereliquerunt tentoria sua et equos et asinos in castris, fugeruntque, animas tantum suas salvare cupientes.

8. Igitur, cum venissent leprosi illi ad principium castrorum, ingressi sunt unum

sicut neque pater, cum filium flagello cædit, dùm distortum ingenium corrigere, et depravatos mores ad rectam regulam informare vult, Sanè Paulus molle cor habuit, et infirmabatur cum infirmis, et cum scandalizatis urebatur, et tamen 1 Cor. 5, non dubitavit fornicarium quemdam tradere Satanæ, cujus tyrannus erat multò magis quàm Syrorum acerbior, quia id putabat ad spiritualem illius salutem expedire. *Jam judicavi, inquit, tradere hujusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit.*

CHAPITRE VII.

1. Alors Elisée dit: Ecoutez la parole du Seigneur: Voici ce que dit le Seigneur: Demain, à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un siclé à la porte de Samarie, et deux mesures d'orge pour un siclé.

2. Un des chefs de l'armée, sur la main duquel le roi s'appuyait, répondit à l'homme de Dieu: Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? Elisée lui répondit: Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

3. Or il y avait quatre lépreux près de la porte de la ville; ils se dirent l'un à l'autre: Pourquoi demeurons-nous ici, où nous ne pouvons attendre que la mort?

4. Si nous voulons entrer dans la ville, nous mourrons de faim; si nous demeurons ici, nous ne pouvons éviter la mort; venez donc, et passons au camp des Syriens; s'ils ont pitié de nous, nous vivrons, et s'ils veulent nous tuer, nous mourrons, comme nous ferions ici.

5. Ils partirent donc le soir pour aller au camp des Syriens, et, étant venus à l'entrée du camp, ils ne trouvèrent personne;

6. Car le Seigneur avait fait entendre dans le camp des Syriens un grand bruit de chariots, de chevaux et d'une armée innombrable, et les Syriens s'étaient dit l'un à l'autre: Le roi d'Israël a fait venir à son secours contre nous les rois des Héthéens et des Égyptiens, et ils sont venus pour fondre sur nous:

7. Ils se levèrent donc, et s'enfuirent dans les ténèbres, abandonnant dans leur camp leurs tentes, leurs chevaux et leurs ânes, et ne pensant qu'à sauver leur vie par la fuite.

8. Ces lépreux étant donc venus à l'entrée du camp des Syriens entrèrent dans une tente, où ils mangèrent et burent; et ayant pris de

tabernaculum, et comederunt et biberunt; tuleruntque inde argentum et aurum et vestes, et abierunt et absconderunt; et rursum reversi sunt ad aliud tabernaculum, et inde similiter auferentes absconderunt.

9. Dixeruntque ad invicem: Non rectè facimus; hæc enim dies boni nuntii est; si tacerimus, et noluerimus nuntiare usque mane, sceleris arguemur: venite, eamus, et nuntiemus in aula regis.

10. Cùmque venissent ad portam civitatis, narraverunt eis, dicentes: Ivisus ad castra Syriae, et nullum ibidem reperimus hominem, nisi equos et asinos alligatos et fixa tentoria.

11. Ierunt ergo portarii, et nuntiaverunt in palatio regis intrinsecus.

12. Qui surrexit nocte, et ait ad servos suos: Dico vobis quid fecerint nobis Syri: sciunt quia fame laboramus, et idcirco egressi sunt de castris et latitant in agris, dicentes: Cùm egressi fuerint de civitate, capiemus eos vivos, et tunc civitatem ingredi poterimus.

13. Respondit autem unus servorum ejus: Tollamus quinque equos qui remanserunt in urbe (quia ipse tantum sunt in universa multitudine Israel, alii enim consumpti sunt): et mittentes, explorare poterimus.

14. Adduxerunt ergo duos equos, missique rex in castra Syrorum, dicens: Ite, et videte.

15. Qui abierunt post eos usque ad Jordanem: ecce autem omnis via plena erat vestibus et vasis, quæ proiecissent Syri cùm turbarentur; reversique nuntii, indicaverunt regi.

16. Et egressus populus diripuit castra Syriae; factusque est modius similæ stateræ uno, et duo modii hordei stateræ uno, juxta verbum Domini.

17. Porrò rex duces illum in cuius manu incumbat constituit ad portam; quem conculeavit turba in introitu portæ, et mortuus est, juxta quod locutus fuerat vir Dei, quando descenderat rex ad eum.

l'argent, de l'or et des vêtements, ils allèrent les chercher, et étant retournés, ils entrèrent dans une autre tente, et en emportèrent de même diverses choses, qu'ils cachèrent.

9. Alors ils se dirent l'un à l'autre: Nous ne faisons pas bien; car ce jour est un jour de bonne nouvelle; si nous demeurons dans le silence, et que nous n'en donnions point avis avant demain matin, on nous en fera un crime: allons donc porter cette nouvelle à la cour du roi.

10. Lorsqu'ils furent venus à la porte de la ville, ils le rapportèrent aux gardes, disant: Nous avons été au camp des Syriens, et nous n'y avons pas trouvé un seul homme, mais seulement des chevaux et des ânes, qui sont attachés, et leurs tentes, qui y sont encore dressées.

11. Les gardes de la porte allèrent au palais du roi, et firent entendre cette nouvelle à ceux du dedans.

12. Le roi se leva de nuit, et dit à ses serviteurs: Je vois bien le dessein des Syriens contre nous. Comme ils savent que la famine nous presse, ils sont sortis de leur camp, et sont cachés dans la campagne, en disant: Ils sortiront de la ville, et alors nous les prendrons vifs, et nous entrerons sans peine dans la ville.

13. L'un des serviteurs du roi lui répondit: Il y a encore cinq chevaux restés seuls ici de ce grand nombre qui était dans Israël, tous les autres ayant été mangés; prenons-les et envoyons des gens à la découverte.

14. On amena donc deux chevaux, et le roi envoya dans le camp des Syriens, disant: Allez, et voyez.

15. Ils allèrent donc après les Syriens jusqu'au Jourdain, et ils trouvèrent que tous les chemins étaient pleins de vêtements et d'armes, que les Syriens avaient jetés dans le trouble où ils étaient; et les coureurs étant revenus, en rendirent compte au roi.

16. Le peuple sortit de la ville, et pillà le camp des Syriens; et la mesure de pure farine fut vendue un siele, et on donna pour un siele deux mesures d'orge, selon la parole du Seigneur.

17. Or le roi avait mis à la porte de la ville le chef de l'armée sur la main duquel il avait coutume de s'appuyer; et la foule du peuple fut si grande à l'entrée de la porte qu'il fut étouffé, et mourut, selon que l'homme de Dieu le lui avait prédit, lorsque ce roi vint le trouver chez lui.

18. Factumque est secundum sermonem viri Dei quem dixerat regi, quando ait: Duo modii hordei stateræ uno erunt, et modius similæ stateræ uno, hoc eodem tempore eras, in portâ Samariæ:

19. Quando responderat dux ille viri Dei, et dixerat: Etiam si Dominus fecerit cataractas in cælo, nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei: Videbis oculis tuis, et inde non comedes.

20. Evenit ergo ei sicut prædictum fuerat: conculeavit eum populus in portâ, et mortuus est.

COMMENTARIUM.

IN TEMPORE HOC ERAS MODIUS SIMILÆ UNO STATERÆ ERIT (1). Cùm jam ad extremam lineam

(1) Hebræus: *Satum simile in siele*. Stateræ, de quo auctor Vulgata, idem est ac siecus, valeatque solidis duobus et triginta, ac denariis quinque monete nostratæ. Satum mensura est novem phitarum cum dimidiâ, hemisextario, octavâ pintæ parte, quatuor pollicibus cubitis, et amplius aliquantò. (Calmet.)

Allegor. *Benadad* est diabolus, qui obsidebat Samariam, id est, Ecclesiam veterem, faciebatque ut esset magna famens spiritualis verbi Dei, ac salutis rerumque celestium. Venit *Eliseus*, id est, Christus, qui perse et Apostolos ubique prædicando, hanc famem sustulit, fecitque ut ubique sint doctores, qui prædicent verbum Dei, qui doceant vitam salutis, virtutis et perfectionis. Ita Eucher. et Angelom. (Corn. à Lap.)

Demain à cette même heure, la mesure de pure farine se donnera pour un siele à la porte de Samarie. L'histoire qui est rapportée dans tout ce chapitre est très-claire, et n'a pas besoin d'explication, mais seulement d'un peu de réflexion, pour y remarquer d'une part l'incrédulité d'un grand du siècle, qui prétend borner la toute-puissance du Seigneur par des idées si étroites de la faiblesse de l'homme; d'autre part, le secours inspiré que Dieu donne à Israël d'une manière si éclatante, quoiqu'il s'en fût rendu si indigne; d'un côté, l'effroyable conservation qu'il répand en un instant au milieu du camp des Syriens; d'autre côté, le très-juste châtement de celui qui en rejetant la prédiction d'Elisée à la vue de toute la cour, avait exposé la grandeur et la majesté de Dieu aux blasphèmes des impies. Quesi l'Ecriture nous propose ici un exemple d'une charité et d'une douceur extraordinaire en la personne de ce prophète, qui, selon que le remarque un ancien évêque, pria Dieu pour ses ennemis dans le temps même qu'ils venaient de conspirer contre lui, et qui fit lever tout d'un coup par la force de ses prières un siège qui les réduisait à l'extrémité, nous devons sans doute ne nous pas borner à admirer seulement une si sainte disposition dans un prophète, mais travailler solidement à en tracer quelque chose

18. C'est ainsi que fut accompli ce qu'avait prédit l'homme de Dieu, lorsqu'il dit au roi: Demain, à l'heure qu'il est, on donnera, à la porte de Samarie, pour un siele deux mesures d'orge, et la mesure de pure farine ne vaudra qu'un siele.

19. Et lorsque cet officier eut dit à l'homme de Dieu: Quand le Seigneur ferait pleuvoir des vivres du ciel, ce que vous dites pourrait-il être? l'homme de Dieu lui répondit: Vous le verrez de vos yeux, et vous n'en mangerez point.

20. Ce qu'Elisée avait prédit lui arriva; il mourut à la porte de la ville, et le peuple le foula aux pieds.

COMMENTARIUM.

ærumnosa Israelitarum conditio perveniret, adfuit quoque nondam certa et designata maturitas; tunc enim propior solet esse libertas, quando magis premit iniqua servitus; et tunc propior est, ut levetur, cùm ad summum venit dolorum acerbitas. Quod Ægyptii captivi sunt experti, qui cùm durius à Pharaone premebantur, de illius libertate cogitabat Deus, et Moysen cum potestate et virgâ in Ægyptum militabat. Neque alitè eodem populo captivi Babylo-

dans notre conduite, puisque le dessein de Dieu, en faisant écrire les actions de ses serviteurs, n'a pas été de les présenter comme un objet d'admiration à nos esprits, mais plutôt de les faire pénétrer jusque dans nos cœurs, comme des modèles de piété que nous devons imiter. Mais d'ailleurs qui sera celui d'entre les pécheurs qui osera se désespérer, comme si Dieu négligeait ou refusait de le secourir, lorsqu'il voit un prince et un peuple, dans le temps même qu'ils avaient abandonné le Seigneur, obtenir, par un effet de son infinie miséricorde, ce puissant secours dont ils s'étaient tout-à-fait rendus indignes? Que les pécheurs donc apprennent d'un événement si consolant, qu'à quelque famine, pour parler ainsi, qu'ils soient réduits, comme coté enfant de l'Evangile, qui n'avait pas même pour se nourrir ce qui servait de nourriture des pourceaux, et quelque pressés qu'ils puissent être par des ennemis beaucoup plus redoutables que les Syriens, qui sont les démons, ils ont toujours lieu d'espérer en cette vie que cette famine peut être changée pour eux, par la divine miséricorde, en une abondance de toutes sortes de grâces, pourvu qu'ils imploront son assistance, et qu'ils aient recours à ceux qui, comme Elisée, se sont acquis près de lui, par une profonde humilité, un plus grand pouvoir d'assister leurs frères. Ce sont principalement les saints, qui sont déjà dans le ciel assurés de leur bonheur éternel, et qui ne peuvent sans doute ne pas avoir dans cet état d'une souveraine félicité le même crédit auprès de Dieu, qu'avait sur la terre un homme paisible et mortel comme Elisée. (Sacy.)

nii, propioreserat gloria, à quâ videbantur excidisse, quàm cum, Aman agente, de illorum capite universè actum videbatur. Quâ dere optimè Chrysostomus in Psalm. 117: « Quando, inquit, res in maximam incidit in inopiam, tunc et tu spera maximè. Tunc enim Deus maximè ostendit suam potentiam, non à primordio, sed quando res fuerint planè desperatæ ab hominibus. Hoc est enim tempus divini auxilii. Et idèd nec pueroseripuit à principio, sed postquam viliterunt coniecti in fornacem; nec Danieli antequam esset missus, sed septem post diebus. Ne attende rerum naturas, quæ præcipites agunt in desperationem, sed Dei potentiam, quæ, quæ sunt desperata, adducit in bonam spem. » Quando igitur eò adducta est parentum fames, ut alimentum gratiâ in filiorum viscera ferrum adigerent, tunc Deus illam Syrorum spoliis explere decreverat. Scit igitur propheta crastinâ luce eam futuram annonæ vililitatem ex abundantia natam, ut modius similitè, nobilis videlicet frumenti statere uno, et duo modii hordei tantidem in portâ Samariæ venderentur, in eo videlicet loco, juxta quem castra metati fuerant adversarii.

VERS. 2. — RESPONDENS UNUS È DUCIBUS, SUPER CUJUS MANU REX INCUMBEBAT. Vir quidam princeps ex illorum numero, qui assidui erant regi, illicque præstabant familiare ministerium, in cuius videlicet aut manu aut humero rex innitebatur. Sicut rex Syriæ in manu seu humero sustentabatur Naaman. Ubi Vulgatus, unus è duobus, Hebr. est שַׁלְיִשׁ *salis*, quæ vox idem valet quod triarius, aut tertiarus, seu triumvir. Septuaginta τριάρτης, quod nomen est dignitatis atque personæ. Quid tamen hic aut quibusdam aliis locis Scripturæ sacræ, significet, obscurum est. Illud est verisimile, aliquid munus eo nomine significari illustre, quod tres viri simul, aut certè terni, obire solent, quales illi qui apud Romanos dicuntur triumviri. Horum verò id videtur esse proprium, ut per suas vices adsint regi, et illi aut manum aut humerum supponant, quibus innixus mollitibus et honestis incedat. De hac voce vide plura in nostris Commentariis super Ezech. cap. 23.

SI DOMINUS FECERAT ETIAM CATARACTAS IN COELO. Incredibile iudicabat vir ille primarius, seu τριάρτης, tantam futuram abundantiam frumenti, cum tanta tunc esset in civitate illius inopia. Quid sit cataracta, seu cataracter, diximus in nostris Commentariis super Malachiam ad illud cap. 3, v. 10: *Si non aperueris vobis cataractas caeli, ubi ostendimus catara-*

ctas esse, aut aquas quæ cum fragore aut impetu labuntur è sublimi atque præcipiti loco, aut quæ in loco etiam plano rupis aggeribus erumpunt magnâ mole, et angustis aut faucibus coarctata. Interdum tamen cataractæ dicuntur locus ipse qui emittit aut excipit aquas, quæ cum strepitu atque impetu labuntur. Unde fit ut portæ aut fenestræ, seu emissaria, quæ aquam effundunt, quasi violenter ante compressam, vocentur cataractæ. Hinc sæpè audimus caeli cataractas apertas, quando eâ copiâ atque impetu præcipitantur aquæ, ut videantur in nubibus apertæ fenestræ per quas in terras fluvius, qui in sinu coluberebatur nubium, præceps erumperet. Hic vir ille princeps non loquitur de nubium cataractis, ex quibus aqua torrens et præceps in terram defluit, (quid enim aquarum copia in crastinam diem afferre posset, quo famem expleret, et frumenti vililitatem induceret?) sed considerat in caelo et nubibus quædam tanquam horres, ex quibus per fenestras et cataractas, fragmenta aut farinæ in terram delabuntur. Ac si dicat: Si Deus faciat, ut modò frumenti, sicut olim manna, pluvia quædam in Samariam descendat, non tamen eveniet quod tu in crastinam diem futurum promittis. Ita hunc locum exponit Josephus: « Sicut absurdum sit sperare similes et hordei pluviam, ita neque quod tu dicis mihi fit verisimile. »

VIDEBIS OCVLIS TUIS, ET INDE NON COMEDES. Dignus erat dux iste usque adeo incredulus verbis non solum prophete, sed etiam Domini, ut sequenti die, quem Dominus illucere voluit Israelitis fortunatum et candidum, neque frueretur oblata divinitus ciborum abundantia, et vitæ in reliquum usuram amitteret. Qui cum vidisset Syrorum fugam, et ex illorum castris collectas exuvias, et ex illorum castris collectas exuvias, et tantam repente rerum mutationem, non tamen illi facta potestas fuit, ut vel modicè libaret victoriæ fructum, cum in ipsâ portâ, ubi jam prostabat vilissimo pretio venale frumentum, erumpentis turbæ pedibus conculcatus obierit.

VERS. 3. — QUATUOR ERGO VIRI LEPROSI JUXTA INTROITUM PORTÆ. Hæc ad finem capituli sic ipsa se patent, ut nullam interpretis operam desiderent. Leprosi non permittebantur cum aliis in civitate simul vivere, aut cum aliis habere familiare commercium. Quam legem licet alia divinæ legis præcepta prodidissent, hanc tamen servabant Samaritani. Quare leprosi sua extra mœnia habuere tabernacula, ubi soli viverent, ne alii aliquod obscenum et

immundum ex eorum consuetudine et habitu contraherent. Quos cum opprimere faciliè possent Syri, qui Samaritanis aliis omnia cupiebant et moliebantur adversa, horum tamen vicem miserati, aut certè cum illorum speciem foedissimam horrenter, aut ab illorum conjunctione metuerent, ab illorum cæde manus continuerunt armatas. Aut quia nihil leprosi inferre poterunt acerbius, quàm quod morbus ipse tam foedus, quàm dirus afferebat. Nam qui in dolore est, et ab amicis et cognatis etiam despicitur, benè secum actum esse putat, cum mors contingit, quæ in lucro ponitur, cum à dolore vindicat et ignominia. Quòd si, ut observavit Chrysostomus hom. 16 in Math. tomo 2, Eliseus principem Syrorum hominem lautum et splendidum, qui regio planè cultu lepræ fœditatem, aut tegere, aut moderari poterat, neque tangere, neque comitari voluit, quomodò Syri illos homines ignobiles, horridos foedere atque illuvie obritos, aut tangerent, aut spectarent sine horrore ac nausea? *Cum ad Eliseum Naaman venisset leprosus alienigena missus à rege suo, mandat illi per discipulum suum: Vade ad Jordanem fluvium, et lavare se septies, et mundaberis à leprâ tuâ; ipse verò non est ausus ire, et videre lepram, et tangere illam.* Scio alii rationibus ex religione natis adductum Eliseum, ut sibi à leproso principe cavere. Sed quis scit an hæc quoque rationes apud Syros valuerint, qui sicut alia à vicinis populis, sic etiam leges de leprosis evitandis ab Israelitis acceperunt, quorum attingebant fines, et ignorare non poterant quid de leprosis cantum esset à lege, Levit. 15, v. 44?

QUID HIC ESSE VOLUMUS, DONEC MORIAMUR? Eadem foris patiebantur leprosi, quæ cives intra mœnia, neque enim ipsis copia erat panis, neque à quo emendicatio peterent, habebant. A Syris autem erogare non audebant, cum satis se ab illis accepisse putarent, si per ipsos in suis sordibus utcumque vivere fieret. Cum ergo moriendum sibi esse existarent præ ciborum inopiâ, deficiente naturâ, (quod moris tunc genus, et longum est et durum) maluerunt misericordiam experiri Syrorum, quàm in suis diverticulis inediâ et siti contabescere. Quòd si illos minùs haberent pacatos et benevolos, satis esse ferro iudicabant, quàm fame tabere consumi; vicit ergo cogitatio posterior, et cum sub vesperem, quo tempore minùs est lucis, et quæ fœdâ sunt specie, aliorum oculis minùs venerunt et fugitant, in castra venissent, illa invenerunt sic à milite atque custodia

nuda, ut quantum liberet, sive ex cibis, sive ex argento ac vasis, omnique nobilium ornamento, sumere poterint. (1)

VERS. 6. — DOMINUS SONTIEM AUDIRI FECERAT IN CASTRIS SYRIÆ. Rationem reddi cur tam subito et festinatò in fugam se coniecerint Syri, castraque reliquerint ingentibus ornata divitiis futura hostibus opima spolia, neque ex tot ornamentis ad vitæ viæque necessaria subsidia, quicquam assumpserint, quia Dominus terrorem incussit, auditò ingenti sonitu, quasi novi exercitus instructi equitibus ac curribus cum omni apparatu militari, qui in castra tunc imparata, et à vicino hoste et ab omni perturbatione secura, jamjam irrumperent. Quos adscitos suspicabantur ex Ægypto, et à fœderatis gentibus, maximè ab Hebræis, quibuscum genus erat commune, et sibi vicissim mutuum præstabant operam. Quare cum reliqua in illâ subitâ perturbatione non curarent, et tantam vitæ, cui extrema putabatur imminere necessitas, consulerent, quàm poterunt occisionè fugam arripuerunt, et si quid secum rapitum abstulerunt, illud, ne sibi foret oneri, proiecerunt in viâ. (2)

VERS. 9. — SI NOLUERIMUS NUNTIARE QUOD MANE, SCELERIS ARGUEMUR. Prudenter conjecturunt leprosi sibi aliquid à rege imminere supplicii, nisi quamprimum de Syrorum fugâ et castris derelictis admonerent, quia perire poterat oblata divinitus occasio, quæ magnas posset obsessis commoditates afferre. Hoc verò illius est, qui hostium vellet commodis servare, et patriæ prodere libertatem, à quâ cum vitæ etiam periculo contra hostium perniciosa consilia stare debuisset; referunt igitur quod de Syrorum castris et fugâ compererant, cum-

(1) VERS. 5. — SURREXERUNT ERGO VESPERI. Hebræus: *Surrexerunt in crepusculo*; quod de vespertino crepusculo, vel de noctis exordio plerique exponunt; quorum sententiæ narrationis series favet.

AN PARCESSIT CASTRORUM. Ad locum ubi constitebant spectatores, vel ad prima tentoria. (Galmet.)

(2) MERCEDE CONDUXIT REGES HETHÆORUM. Reges Hethæorum commercia eorum detulerunt cum Salomone, atque ex his gentibus Salomone uxores duxerat. Occupabant faciliè locum in Arabiâ Petræâ ad meridiem Palestinæ. Textum hunc exposuit Josephus de regibus Ægypti et insularum, sumens faciliè Graecum Septuaginta, ferentem, *reges Chethæorum, pro, regibus Cethim*. Docet alibi, Judæos id hominis tribuisse insulæ Cypri, cæterisque insulis locisque maritimis. Verùm Hebræum *Chithim* longè aliud est à *Cethim*, à quibus frequentatâ Cypri dicitur. (Galmet.)

quo rex dixisset illam Syrorum fugam sibi valde videri suspectam, ac tandem timendum ne in simulatâ trepidatione et fugâ laterent insidie, neque vana aliis suspicio videretur, staterunt antequam populus tumultuariè, ut solet, cum sese ostentat præda, extra mœnia procurreret, explorare solertius an aliquis ibi instructus esset dolus, et quod esset Syrorum consilium. Quod fecerunt duobus equis assumptis, qui fermè ex omnibus erant reliqui. Qui cum apertè cognovissent nihil ibi timendum esse doli, omnes ad prædam advolant, ex quâ præter alia ornamenta, tantùm retulerunt frumentum atque hordei, ut uno statere, juxta prophetæ vaticinium, unus frumentum, et duo hordei modii venirent in portâ Samariæ. Tunc autem rex virum illum principem, de quo supra, qui vanam crediderat factaveratque prophetæ promissionem, constituit ad portam civitatis, ut suâ auctoritate contineret tumultuantem populum, ne dùm avidus prædæ sine ordine erumpit, et pacem turbat tamdû desideratam, et id in seipsum, dùm ad prædam inliant, afferant mali, quod hostis tamdû præstare non potuit, qui tam abfuit, ut turham, quasi ruptis aggeribus fluvium erumpentem, continere poterit, ut illius pedibus conculcatus in ipso civitatis aditu fuerit extinctus, ne qua pars prophetici vaticinii pondere careret et fide. Quod Rab. Salomon, ut refert Lyra, putat hos quatuor leprosus esse Giezi, et tres illius filios, perridiculum, et merè nugax: neque aliud habuit fundamentum, quàm quòd illi et liberis ipsis, ut minatus fuerat Eliseus, adhesit lepra Naaman. Quasi tunc Giezi cum totâ familiâ viveret in Samariâ, aut nullus præter illum eo tempore leprosus in illâ regiâ civitate foret. Optimè commentum hoc Rabbanicum consultat Abulensis q. 12. (1)

(1) Vers. 10. — NISI EQUOS ET ASINOS ALLIGATOS. Alligatos nempe præsepio, cum potius posterioribus pedibus alligatos, commendatosque defixo paxillo, pro veteri more, hodie pariter apud Orientales perseverante, ubi non raro occurrunt errantes in agro equi ita fune devincti. (Calmet.)

CAPUT VIII.

1. Eliseus autem locutus est ad mulierem cuius vivere fecerat filium, dicens: Surge, vade, tu et domus tua, et peregrinare ubique repereris; vocavit enim Dominus famem, et venit super terram septem annis.

2. Quæ surrexit, et fecit juxta verbum

VERS. 13. — TOLLAMUS QUINQUE EQUOS, QUI REMANSERUNT IN URBE, QUIA IPSI TANTUM SUNT IN UNIVERSA MULTITUDINE ISRAEL. Hebræus: *Capiamus quinque equos, qui remanserunt: ecce ipsi secundum omnem multitudinem Israel, qui consumpti erant; et mittamus, etc.* Mitendi sunt quinque isti equi in urbe residui, cum aliis interfecti fuerint, sive in usum cibi, sive fame evecti. Sunt autem equi isti, quemadmodum et reliqui cives, extenuati fame, et famjam morituri, ut nihil prohibeat quin obijciantur discrimini, quippe quibus nihil infanctius timendum sit, quàm quod imminet universo populo, nempe interitus. Septuaginta: *Sumant nunc quinque equos, qui remanserunt hic (ecce sunt ad omnem multitudinem Israel, quæ defecit), et mittamus illic.* Constat utique aliter illos legisse Hebræum ac nos, quemadmodum auctorem Vulgatæ. Syriacus: *Abducantur quinque ex equitibus, qui reliqui sunt; et capti fuerint, censeantur cum universo populo Israelis qui perierunt, et mittamus exploratum.* Arabis: *Mittamus jam quinque ex equitibus residuis, qui remanent illic; si evaserint, computabuntur inter eos, qui reliqui sunt ex Israelitis; si autem perierint, censebimus eos perinde ac reliquos Israelitis qui perierunt.* (Calmet.)

VERS. 14. — ADDUXERUNT ERGO DIOS EQUOS, È QUINQUE RESIDUIS IN URBE. Primò quidem decretum fuerat quinque equos, deinde visum est duos mittere. Rabbinita exponunt versiculum 13: *Sumamus aliquos ex illis quinque equis, qui soli remanserunt...* V. 14. *Acceptantur igitur duos equos, etc.* Hebræus hujus textus fert: *Tulerunt duos currus equorum; vel duos currus, quos equi trahabant. Biga equorum jungebatur singulis curribus.* Syriacus: *Duo paria equitum, vel, quatuor equites vectos equis, etc.* Septuaginta, Arabis, et optimi plures interpretes non nisi binos equites et equos totidem agnoscunt. Hebræum accipiunt de duobus equis curribus, vel militariibus, doctis trahere militares currus; ut potius sit *currus equorum, pro equis curribus.* Sed cur textus, ferens perspicuè duos currus vocatos. Ducti sunt igitur duo currus, quos singulos bini equites trahabant. (Calmet.)

VERS. 17. — QUEM CONCLUCAVIT TURBA IN INTROITU PORTÆ, QUIA PORTA ERAT ANGSTA, ET TURBA INGENS; QUÆ FAME RABIDA QUASI FUREBAT AD CIBUM, QUI ERAT IN CASTRIS SYRORUM; unde ipse dux portæ volens hanc turbam moderari, et in partes dividere, ne se mutuo comprimeret, ab eadem violenter irrumpebat oppressus et contritus est; ita Elisei oraculum per omnia verum certumque fuit. (Corn. à Lap.)

CHAPITRE VIII.

1. Or, avant que cette famine arrivât, Elisée parla à la femme dont il avait ressuscité le fils, et lui dit: Levez-vous, vous et votre famille; et allez séjourner partout où vous pourrez, car le Seigneur a appelé la famine, et elle viendra sur la terre d'Israël pendant sept ans.

2. Cette femme se leva donc, selon ce que l'homme de Dieu lui avait dit; et, parlant avec

hominis Dei, et vadens cum domo suâ, peregrinata est in terrâ Philisthiim diebus multis.

3. Cùmque finiti essent anni septem, reversa est mulier de terrâ Philisthiim; et egressa est ut interpelleret regem pro domo suâ et pro agris suis.

4. Rex autem loquebatur cum Giezi, puero viri Dei, dicens: Narra mihi omnia magna quæ fecit Eliseus.

5. Cùmque ille narraret regi quomodo mortuum suscitasset, apparuit mulier cuius vivificaverat filium, clamans ad regem pro domo suâ et pro agris suis. Dixitque Giezi: Domine mi rex, hæc est mulier, et hic est filius ejus quem suscitavit Eliseus.

6. Et interrogavit rex mulierem, quæ narravit ei. Deditque ei rex eunuchum unum, dicens: Restitue ei omnia quæ sua sunt, et universos redditus agrorum à die quâ reliquit terram usque ad præsens.

7. Venit quoque Eliseus Damascum. Et Benadad rex Syriæ agrotabat; nuntiaveruntque ei, dicientes: Venit vir Dei hæc.

8. Et ait rex ad Hazael: Tolle tecum munera, et vade in occursum viri Dei, et consule Dominum per eum, dicens: Si evadere potero de infirmitate meâ hæc?

9. Ivit igitur Hazael in occursum ejus, habens secum munera, et omnia bona Damasci, onera quadraginta camelorum. Cùmque stetisset coram eo, ait: Filius tuus Benadad rex Syriæ misit me ad te, dicens: Si sanari potero de infirmitate meâ hæc?

10. Dixitque ei Eliseus: Vade, dic ei: Sanaberis; porrò ostendit mihi Dominus quia morte morietur.

11. Stetitque cum eo, et confurbatus est usque ad suffusionem vultûs; flevitque vir Dei.

12. Cui Hazael ait: Quare dominus meus flet? At ille dixit: Quia scio quæ facturus sis filiis Israel mala; civitates eorum munitas igne succendes, et juvenes eorum interficies gladio, et parvulos eorum elides, et prægnantes divides.

13. Dixitque Hazael: Quid enim sum

sa famille, elle séjourna long-temps dans la terre des Philistins.

5. Après que les sept années de famine furent passées, la femme revint du pays des Philistins, et se rendit auprès du roi pour lui redemander sa maison et ses champs.

4. Le roi parlait alors avec Giezi, serviteur de l'homme de Dieu, et lui disait: Conte-moi toutes les merveilles qu'a faites Elisée.

5. Et comme Giezi rapportait au roi de quelle manière Elisée avait ressuscité un mort, la femme dont il avait ressuscité le fils vint se présenter au roi, le conjurant de lui faire rendre sa maison et ses champs. Alors Giezi dit: O roi mon seigneur, voilà cette femme, et c'est là son fils qu'Elisée a ressuscité.

6. Le roi ayant interrogé la femme même, elle lui raconta tout. Le roi envoya avec elle un eunuche, auquel il dit: Faites-lui rendre tout ce qui est à elle, et le revenu de toutes ses terres depuis le jour où elle est sortie du pays jusqu'à aujourd'hui.

7. Elisée vint aussi à Damas. Et Bénadad, roi de Syrie, était alors malade; et on lui dit: L'homme de Dieu est venu dans ce pays.

8. Et le roi dit à Hazael: Prenez des présents, et allez au-devant de l'homme de Dieu, et consultez par lui le Seigneur pour savoir si je pourrai relever de cette maladie.

9. Hazael alla au-devant de l'homme de Dieu, menant avec lui quarante chameaux chargés de présents, de tout ce qu'il y avait de plus précieux à Damas. Hazael s'étant présenté devant Elisée, lui dit: Bénadad, roi de Syrie, votre fils, m'a envoyé vers vous pour savoir s'il pourra relever de sa maladie.

10. Elisée lui répondit: Allez, dites-lui: Vous serez guéri; mais le Seigneur m'a fait voir qu'il mourra assurément.

11. Et l'homme de Dieu s'arrêta avec lui, et il fut ému, et son émotion parut sur son visage, et il versa des larmes.

12. Hazael lui dit: Pourquoi mon seigneur pleure-t-il? Elisée lui répondit: Parce que je sais combien de maux vous devez faire aux enfants d'Israël; vous brûlerez leurs villes fortes, vous ferez passer au fil de l'épée leurs jeunes hommes, vous écraserez leurs petits enfants, et vous fendrez le ventre aux femmes grosses.

13. Hazael lui dit: Que suis-je moi votre